



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Agnus Dei

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Ex qua non nulla erroraria debeat affinitas.

q.1.art.1.q.4.ad 2. & Diu. Bonaventura, in 4. dif. 41. q.1. Nam probabilis etiam est sententia medicorum duce Hippocrate l. de genitura. & Galeno lib 6. de locis affectis, c.5. quod semen muliebre sit necessarium ad generationem. Igitur in hac sententia, qui habuit copulam cum sorore uxor, si illa non seminavit, potest nihilominus petere debitum. Item si hoc modo quis cognovit uxorem, & eaque mortua, aliam duxit, & cum ea matrimonium consummavit, non contraxit irregularitatē biganā. Item matrimonium hoc pacto consummatum dissolvitur per professionē religiosam, & altero conjugē manente in sāculo, alter Religionem ingrati potest. Et hæc omnia dicta sunt in hac sententia probabilis quæ rursus confirmatur; quia Benedictus Pontifex can. lex divine constitutio nū dicit, idē oculum non parere affinitates, quia nullam facit sanguinis commissiōnem, ergo ad affinitatem requiri t sanguinum commissiōnem, par. 3. tract. 5. resol. 16. §. difficultas, & in Add. secund. resol. 21. nec non par. 4. tract. 2. ref. 43. & p. 11. tra. 5. mis. c. ref. 16.

Non contrahit affinitas si virgo ras semen emitat vel si ope de monu semen virile in uterum fœminum defertur, non contrahit affinitas; quia illi non sunt facti una caro. Ita Pontius lib. 7. cap 33. num. 6. contra Sanchez lib. 2. dif. 21. nu. 2. p. 3. tr. 5. ref. 1.

An vero contrahatur ex copula fornicaria iure natura li?

Contraria sententia.

3. Si vir in fine copulae extrahat mem brum, & foras semen emitat, quamvis postea illud calu in yas naturale incidat non contrahit affinitatem. Item, si semen virile ope dæmonis in uterum fœminum defertur, non contrahit affinitas; quia illi non sunt facti una caro. Ita Pontius lib. 7. cap 33. num. 6. contra Sanchez lib. 2. dif. 21. nu. 2. p. 3. tr. 5. ref. 1.

4. Ex copula fornicaria, jure naturali, secundum Hurtadum de matrim. dif. 20. dif. 2. num. 7. contrahit affinitas. Nam per illam vir, & fœmina fiunt una caro dicente Apostolo 1. Cor. 6. Qui adharet meretrici, unum corpus efficitur, & erunt duo in carne una. Unde in hac sententia infideles fornicantes inter se contrahunt affinitatem cum consanguineis utriusque. Sed contrariam sententiam tenet Sanchez to. 2. dif. 65. num. 9. quia nulla sunt nomina, quibus hujusmodi affines nominentur. Et præterea in l. non facile, §. affines, & §. ciendum est, ff. de grad. affin. dicitur, neque coguationem, neque

affinitatem esse posse, ubi nuptiae non sint prohibite. Utraque sententia est probabilis. Et in hac secunda infidelis cognoscens mulierem, baptizatus deinde, potest ejus fororem in matrimonium ducere. Et fidelis cognoscens infidelem, posset ejus fororem fidelem sibi in matrimonium jungere. Ita Villalobus tom. 1. tract. 14. dif. 17. par. 3. tract. 4. resol. 262. & Add. 2. ref. 21. §. & pro Coronide.

AGNVS DEI.

1. *E*xstat Bulla Gregorii XIII. quæ incipit. Omni arte, prohibens sub pena excommunicationis, ne circuli cerci benedicti, vulgo Agnus Dei, à quoquam pingantur, inficiantur, minio, vel auro notentur, aut venales propo nantur. Circa quam,

2. Adverte primò, quod secundum Sanchez sum. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 27 contra Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 9. post quest. 5. non prohibent vendi Agnus Dei albi ratione materiæ, laboris, im pensarum in eis asportandis. Et sane, qui illos pingendo, excommunicationem incurrit, non peccat postea retinendo domi non venales; quia non prohibetur. Ita idem Sanchez part. 3. tract. 6. resol. 12.

3. Adverte secundò, docere Filliu cium tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 93. hanc Bullam extra Urbem non esse usi rece ptam; quia Agnus depicti passim venduntur. At Fagundez p. 1. lib. 1. cap. 4. nu. 25. docet, esse in vigore. Certum est tamen, hanc excommunicationem nemini reservari. Ita Barbosa de potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 150. Ibid. §. Et tandem.

4. Agnos Dei tangens, etiam laicus, seclusus contemptu, non peccat, quia justificatur ab usu. Ita Sanchez. ubi sup libid. §. Nota etiam. An gestare Agnos benedictos in actu venereo, vel illos amas dare, sit sacrilegium, vide V. Circumstan tia num. 104.

ALIE-

*Ambapre bables.**Agnes Dei non possunt pingi, & vendi.**Et pidi reti neris?**Præsertim extra Vrbem?**Agnus Dei tangi possunt, à laicis.*